liũ eius que oñdit eis. Coꝛã pa
tribꝰ eoꝛũ fecit mirabilia ĩ terra
egypti: ĩ cãpo thaneos. Interru
pit mare ⁊ ꝑduxit eos: et ſtatuit
aquas q̃ſi ĩ vtre. Et eduxit eos
in nube diei: et tota nocte in illu
minatione ignis. Interrupit pe
tram in heremo: et adaq̃uit eos
velut in abyſſo multa. Et edu-
xit aquam de petra: et deduxit
tanq̃ꝫ flumina aquas. Et appo-

ſuerunt adhuc peccare ei: in irā
excitauerunt excelſum ī inaquo
ſo. Et temptauerunt deū in cor
dibus ſuis: vt peterent eſcas a
nimabus ſuis. Et male locuti
ſunt de deo: dixerunt nunquid
poterit deus parare menſam
in deſerto. Quoniā percuſſit pe
tram et fluxerunt aque: ꝛ torren
tes inundauerunt. Nunquid ꝛ
panem poterit dare: aut parare
menſam populo ſuo. Ideo audi
uit dñs ꝛ diſtulit: ꝛ ignis accen
ſus eſt in iacob ꝛ ira aſcendit in
iſrael: Quia non crediderunt in
deo: nec ſperauerūt ī ſalutari eiꝰ
Et mandauit nubibꝰ deſuper:
ꝛ ianuas celi apuit. Et pluit illꝭ
māna ad māducandū: ꝛ panem

celi dedit eis. Panem angelorū
māducauit hō: cibaria misit eiſ
in abundātia. Trāſtulit auſtruꝫ
de celo:⁊ induxit ī virtute ſua af
fricū. Et pluit ſup eos ſicut pul
uerem carnes:et ſicut arenā ma
ris volatilia pennata. Et cecide
rūt in medio caſtrorum eoꝝ:cir
ca tabernacula eorū. Et mandu
cauerūt et ſaturati ſunt nimis.
et deſiderium eorum attulit eiſ:
nō ſūt fraudati a deſiderio ſuo.
Adhuc eſce eorū erāt in ore ipſo
rum:et ira dei aſcēdit ſuper eos
Et occidit pingues eorū:et ele
ctos iſrael impediuit. In omi
bus his peccauerūt adhuc:⁊ nō
crediderūt ī mirabilibꝫ eiuſ. Et
defecerūt in vanitate dies eorū:

et anni eorum cuz feſtinatione:
Cum occideret eos querebant
eum: et reuertebant̄ et diluculo
veniebant ad eũ. Et rememora
ti ſunt quia de⁹ adiutor eſt eo-
ruz: et deus excelſus redemptor
Et dilexerũt Diuiſio. eoꝝ eſt.
eum ĩ ore ſuo: et lingua ſua mẽ-
titi ſunt ei. Cor aũt eorũ nõ erat
rectum cũ eo: nec fideles habiti
ſunt in teſtamẽto eius. Ipſe au
tẽ eſt miſericors. ⁊ ꝓpiti⁹ fiet pec
catis eorũ: et non diſperdet eos:
Et abũdauit vt auerteret iraz
ſuam: et nõ accendit oẽm iram
ſuam. Et recordatus eſt quia ca
ro ſunt: ſpiritus vadens ⁊ nõ re-
diens. Quotiens exacerbauerũt
eum in deſerto: in iram concita-

uerũt eũ in inaquoſo. Et cõuer
ſi ſunt ⁊ temptauerũt deũ:⁊ ſan
ctum iſrael exacerbauerũt. Nõ
ſunt recordati manꝰ eius: die q̃
redemit eos de manu tribulan-
tis. Sicut poſuit ĩ egypto ſigna
ſua:⁊ ꝓdigia ſua ĩ campo thane-
os. Et ꝯuertit in ſanguinez flu-
mina eoꝝ:⁊ imbres eoꝝ ne bibe-
rent. Miſit in eos cynomiã ⁊ co
medit eos:⁊ ranaz ⁊ diſperdidit
eos. Et dedit erugini fructꝰ eo-
rum:⁊ labores eoruz locuſte. Et
occidit in grandine vineas eoꝝ:
⁊ moros eoꝝ in pruina. Et tradi
dit grandini iumẽta eorũ:⁊ poſ-
ſeſſionẽ eorũ igni. Miſit in eos
iram indignatiõis ſue. indigna
tionem ⁊ iram ⁊ tribulationem:

immiſſiones p̄ angelos malos.
Viam fecit ſemite ire ſue. et nō
pepercit a morte aīarū eorū: ⁊ iu
menta eorū in morte concluſit.
Et pcuſſit oīe primogenitū in
terra egypti: primitias oīs labo/
ris eoꝝ ī tabernaculis cham. Et
abſtulit ſicut oues pplm̄ ſuum:
⁊ pduxit eos tanq̄ gregē in de/
ſerto. Et deduxit eos in ſpe ⁊ nō
timuerūt: ⁊ inimicos eorū opuit
mare. Et induxit eos in montē
ſctificatiōis ſue: montē quē acq̄
ſiuit dextera eiꝰ. Et eiecit a facie
eorū gentes: et ſorte diuiſit eis
terram in funiculo diſtributio/
nis. Et habitare facit in taber/
naculis eorum: tribus iſrael.
Et temptauerunt et exacerba/

nerunt deũ excelſum: ⁊ teſtimo-
nia ei⁹ nõ cuſtodierũt. Et auer-
terũt ſe ⁊ nõ ſeruauerũt pactuꝫ:
queẽadmodũ pr̃es eoꝝ ꝯuerſi ſũt
in arcũ prauũ. In iraꝫ cõcitaue-
rũt eũ in collib⁹ ſuis: ⁊ in ſculpti-
lib⁹ ſuis ad emulatiõem eũ pro-
uocauerũt. Audiuit de⁹ et ſpre-
uit: ⁊ ad nihilũ redegit valde iſ-
rael. Et repulit tabernaculuꝫ ſy-
lo: tabernaculũ ſuuꝫ vbi habita-
uit ĩ hoĩb⁹. Et tradidit in capti-
uitatẽ virtutẽ eorũ: ⁊ pulcritudi-
nẽ eoꝝ ĩ man⁹ inimici. Et cõclu-
ſit ĩ gladio ppl'm ſuũ: ⁊ heredita-
tẽ ſuã ſpreuit. Iuuenes eorũ co-
medit ignis: ⁊ virgines eoꝝ non
ſunt lamẽtate. Sacerdotes eorũ
in gladio ceciderũt: ⁊ vidue eoꝝ

nō plorabant. Et excitat⁹ eſt tan
q̄ dormiens dn̄s: tanq̄ potens
crapulat⁹ a vino. Et pcuſſit ini-
micos ſuos in poſteriora: oppro-
brium ſempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculū ioſeph:
⁊ tribū effrem nō elegit. Sed e-
legit tribū iuda: montē ſion quē
dilexit. Et edificauit ſicut vni-
cornīū ſanctificiū ſuū: in terra
quā fundauit in ſecula. Et ele-
git dauid ſeruū ſuū. ⁊ ſuſtulit eū
de gregib⁹ ouiū: de poſt fetantes
accepit eū. Paſcere iacob ſeruū
ſuū: ⁊ iſrael hereditatē ſuā. Et
pauit eos ī innocētia cordis ſui:
⁊ in intellectib⁹ manuū ſuaꝝ de-
duxit eos. Aīī. Inclinate aurem
veſtram in verba oris mei. Aīt.

Propitius esto. Ps. lxxviij.
DEus venerūt getes in here/
ditatē tuā. polluerūt tēpluz
ſanctū tuū: poſuerūt hieruſalem
in pomoꝝ cuſtodiam. Poſuerūt
morticina ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas vo/
latilibꝫ celi: carnes ſcōꝝ tuoꝝ̄ be/
ſtijs terre. Effuderūt ſanguinez
eoꝝ̄ tanq̄ȝ aquā in circūitu hie/
ruſalem: et nō erat qui ſepeliret
Facti ſumus opprobriū vicinis
nr̄is: ſubſannatio ꝛ illuſio his q̄
in circūitu nr̄o ſūt. Uſqꝫquo do/
mine iraſceris in finē: accendet
velut ignis zelus tu⁹. Effunde
iram tuā in gētes que te non no
uerūt: ꝛ in regna q̄ nomē tuū nō
inuocauerūt. Quia comederūt
iacob: et locum eius deſolauerūt

Ne memineris iniquitatū nō
ſtrarum antiquaꝝ.cito anticipēt
nos miſericordie tue:quia pau-
peres facti ſumus nimis. Adiu
ua nos deus ſalutaris nr̄.et pro
pter gloriā nomīs tui dn̄e libera
nos:⁊ ꝓpitius eſto pctīs noſtris
ꝓpter nomē tuū. Ne forte dicāt
in gētib⁹ vbi eſt deus eoꝝ:⁊ īno-
teſcat in natiōibus coram ocul'
noſtris. Ultio ſanguinis ſeruoꝝ
tuoꝝ q̄ effuſus eſt:introeat in cō
ſpectu tuo gemitus compeditoꝝ
Scdm magnitudinē brachij tui
poſſide filios mortificatorū. Et
redde vicinis noſtris ſeptuplū
in ſinu eorū:improperium ipſoꝝ
quod exprobrauerunt tibi domi
ne. Nos autem populus tuus

et oues paſcue tue: cõfitebimur
tibi in ſeculum. In generatione
⁊ generationẽ: annũciabim⁹ lau
dem tuam. An. Propicius eſto
peccatis noſtris domine. ℣. Deus
in ſancto via tua. Quis deus ma/
gnus ſicut deus noſter. Lectio.
Qui confidũt in domino intelli
gent veritatem: ⁊ fideles in dile
ctione acquieſcent illi. Quoniaꝫ
donũ ⁊ pax eſt electꝭ dei. Tu aũt.
℟. Confitebimur tibi de⁹. Confi
tebimur tibi. ℣. Et inuocabimus
nomẽ tuũ. Confi. In. ij noct. aũ.
Alla. In. xl. aũ. Exultate. Pſ.
Qui regis iſrael intende: qui
deducis velut ouem ioſeph
Qui ſedes ſuper cherubin: ma/
nifeſtare corã effraim beniamin

et manaſſe. Excita potentiaꝫ tu
am ⁊ veni: vt ſaluos facias nos.
Deus conuerte nos: ⁊ oſtēde fa
ciem tuam ⁊ ſalui erimus. Do
mine deꝰ virtutū: quouſqꝫ iraſce
ris ſup orationē ſerui tui. Ciba
bis nos pane lachrymarū: et po
tum dabis nobis in lachrymis
in menſura. Poſuiſti nos in cō
tradictionē vicinis noſtris: ⁊ ini
mici nr̄i ſubſannauerunt nos.
Deus virtutum conuerte nos:
⁊ oſtende faciē tuā ⁊ ſalui erimꝰ
Vineā de egypto trāſtuliſti: eie
ciſti gētes ⁊ plantaſti eam. Dux
itineris fuiſti in ꝯſpectu eius: et
plantaſti radices eius ⁊ imple
uit terram. Operuit mōtes vm
bra eiꝰ: ⁊ arbuſta eiꝰ cedros dei.

Extēdit palmites ſuos vſqꝫ ad
mare:⁊ vſqꝫ ad flumē ꝓpagines
eius. Ut quid deſtruxiſti mace-
riam eius:⁊ vindemiāt eā oīs
qui ꝑtergrediūtur viam. Exter
minauit eam aper de ſilua:⁊ ſin
gularis ferus depaſtus eſt eam
Deus virtutū cōuertere. reſpice
de celo ⁊ vide et viſita vineā iſtā
Et perfice eā quam plātauit de
xtera tua:et ſup filiū quē confir
maſti tibi. Incenſa igni ⁊ ſuffoſ
ſa:ab īcrepatiōe vult⁹ tui ꝑibūt
Fiat manus tua ſup viruꝫ de-
xtere tue:et ſup filiū hoīs quē
cōfirmaſti tibi. Et non diſcedi-
mus a te:viuificabis nos et no
men tuū inuocabim⁹. Dñe de⁹
virtutū cōuerte nos:et oſtēde fa

ciem tuam ꝛ ſalui erimꝰ. Pſ. lxxx.

Exultate deo ad
iutori noſtro: iubilate
deo iacob. Sumite
pſalmuz et date tym-
panum: pſalterium iocūduz cuz
cithara. Buccinate ī neomenia
tuba: in inſigni die ſolēnitatꝭ no-
ſtre. Quia preceptū in iſrael eſt:
ꝛ iudicium deo iacob. Teſtimo
nium in ioſeph poſuit illud cuz
exiret d̄ terra egypti: linguā quā
non nouerat audiuit. Diuertit
ab oneribus dorſum eius: manꝰ
eius in cophino ſeruierunt. In
tribulatione inuocaſti me ꝛ libe
raui te. exaudiui te in abſcondi-
to tēpeſtatꝭ: ꝓbaui te apud aquā
ꝯtradictiōis. Audi pp̄lus meus

et cõteſtabor te: iſrael ſi audieris me nõ erit in te deus recens neq; adorabis deũ alienum. Ego enim ſum dñs de⁹ tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuuz et implebo illud. Et nõ audiuit pplus meus vocẽ meam: et iſrael nõ intendit mihi. Et dimiſi' eos ſm deſideria cordis eoꝝ: ibũt in adinuẽtiõibus ſuis. Si ppl's meus audiſſet me: iſrael ſi ĩ vijs meis ambulaſſz. Pro nihilo forſitan inimicos eoꝝ humiliaſſez: et ſup tribulantes eos miſiſſem manũ meam. Inimici dñi mẽtiti ſunt ei: et erit tẽpus eorũ in ſecula. Et cibauit illos ex adipe frumẽti: et de petra melle ſaturauit eos. An. Exultate deo adiuto

ri noſtro. An. Tu ſolus. pſ. lxxxi.
Deus ſtetit in ſynagoga deo
rum: in medio autem deos
diiudicat. Uſqȝquo iudicatis ini
quitatē: ⁊ facies pctōꝝ ſumitis.
Iudicate egeno ⁊ pupillo: hūi-
lem et pauperē iuſtificate. Eri
pite pauperem: et egenuȝ de ma
nu peccatoris liberate. Neſcie-
runt neqȝ intellexerunt in tene-
bris ambulant: mouebunt om-
nia fundamenta terre. Ego di-
xi dij eſtis: et filij excelſi omnes
Uos autem ſicut homines mo-
riemini: et ſicut vnus de princi-
pibus cadetis. Surge deus iu-
dica terram: quoniam tu heredi
tabis in omnibus gentibus.
Gloria. Pſalmus. lxxxij.

DEus quis ſimilis erit tibi:
ne taceas neqȝ compeſcaris
deus. Quoniaȝ ecce inimici tui
ſonauerũt: ⁊ qui oderũt te extu/
lerũt caput. Super populũ tuum
malignauerũt cõſilium: ⁊ cogita
uerunt aduerſus ſanctos tuos.
Dixerũt venite et diſperdamus
eos de gente: ⁊ non memoret᷑ no
men iſrael vltra. Quoniaȝ cogi
tauerũt vnanimiter: ſiml' aduer
ſus te teſtamẽtum diſpoſuerunt
tabernacula idumeorũ ⁊ hiſma/
helite. Moab ⁊ agareni gebal et
amon ⁊ amalech: alienigene cuȝ
habitantibus tyrum. Eteniȝ aſ
ſur venit cũ illis: facti ſũt in ad/
iutoriũ filijs loth. Fac illis ſic̃
madian ⁊ ſyſare: ſicut iabin i tor/

rente cyſon. Diſperierunt in en-
dor: facti ſunt vt ſterc⁹ terre. Po-
ne pꝛincipes eoꝝ ſicut oreb: ⁊ zeb ⁊
zebee ⁊ ſalmana. Om̄s pꝛincipeſ
eoꝝ: qui dixerūt hereditate poſſi-
deam⁹ ſanctuariū dei. Deus me
us pone illos vt rotaꝫ: ⁊ ſicut ſti-
pulam añ faciē venti. Sic ignis
qui cōburit ſiluaꝫ: ⁊ ſicut flām̄a
comburens mōtes. Ita pſeque
ris illos in tēpeſtate tua: ⁊ in ira
tua turbabis eos. Imple facies
eorū ignominia: ⁊ querēt nomē
tuū dñe. Erubeſcant ⁊ ꝯturbent
in ſeculum ſeculi: ⁊ ꝯfundantur
et pereant. Et cognoſcant qꝛ no
men tibi dñs: tu ſolus altiſſim⁹
in om̄i terra. Añ. Tu ſolus altiſ-
ſimus ſuper omnen terram. Añ.

Benedixiſti. Pſalm⁹ lxxxiij.

Quaꝫ dilecta tabernacl'a tua dñe virtutũ: cõcupiſcit ⁊ deficit aĩa mea in atrio dñi. Cor meum ⁊ caro mea: exultauerũt ĩ deum viuũ. Eteniꝫ paſſer inuenit ſibi domũ: ⁊ turtur nidũ vbi ponat pullos ſuos. Altaria tua dñe virtutũ: rex meus ⁊ de⁹ me⁹ Beati qui habitant ĩ domo tua: in ſecula ſeculorũ laudabunt te Beatus vir cui⁹ eſt auxiliũ abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarũ. in loco quẽ poſuit. Eteni bñdictiões dabit legiſlator. ibunt de virtute in virtutem: videbit deus deorum in ſion. Dñe deus virtutũ exaudi orationẽ meã: aurib⁊ per

cipe de⁹ iacob. Protector noſter
aſpice deus: et reſpice in faciem
chriſti tui. Quia melior eſt dies
vna in atrijs tuis: ſuper milia.
Elegi abiectus eſſe in domo dei
mei: magis q̄ȝ habitare in taber
naculis peccatorꝫ. Quia miſeri
cordiā et veritateȝ diligit deus:
gratiam et gloriā dabit domin⁹.
Non priuabit bonis eos q̄ am
bulant in innocentia: dn̄e virtu
tum beatus homo qui ſperat in
te. Pſalmus. lxxxiiij.
Benedixiſti dn̄e terrā tuaȝ:
auertiſti captiuitatem iacob
Remiſiſti iniquitatem plebis
tue: operuiſti omnia peccata eo
rum. Mitigaſti omnem iram
tuaȝ: auertiſti ab ira indignatio

nis tue. Conuerte nos de⁹ ſalu
taris noſter: et auerte irā tuaz a
nobis. Nunquid in eternū ira-
ſceris nobis: aut extēdes irā tu-
am a gñatiōe in gñatiōez. De⁹
tu cōuerſus viuificabis nos: et
plebs tua letabit in te. Oſtende
nobis dñe miſericordiā tuā: ⁊ ſa
lutare tuū da nobis. Audiā q̄d
loq̄tur in me dñs de⁹: qm̄ loque
tur pacē in plebez ſuaz. Et ſuper
ſcōs ſuos: ⁊ in eos q̄ ꝯuertuntur
ad cor. Veruntñ ꝓpe timētes eū
ſalutare ipſius: vt inhabitet glo
ria in terra nr̄a. Miſericordia et
veritas obuiauerūt ſibi: iuſticia
⁊ pax oſculate ſunt. Veritas de
terra orta eſt: ⁊ iuſticia de celo ꝓ-
ſpexit. Etenī dñs dabit benigni

tatez:⁊ terra noſtra dabit fructũ
ſuum. Juſticia ante eũ ambula
bit:et ponet iu via greſſus ſuos.
Aũ. Alleluia. In .xl. aũ. Benedi
xiſti dñe terrã tuaz. ℣. Beati q̃ ha
bitant in domo tua dñe. In ſecula
ſeculoꝝ laudabũt te. In laud. aũ.
Tibi ſoli peccaui domine miſerere
mei. ps̃. Miſerere. ps̃. Domie de
us ſalutis. ps̃. Dñe refugiuz. cã.
Cantemus dño. ps̃. Laudate do
minũ de ce. ℟. Domine refugiũ
Tu factus es nobis. ℣. A genera
tione in generationez. Tu. ℣. Re
pleti sum⁹ mane miſericordia tua
Et exultauim⁹ ⁊ delectati ſumus.
Ad benedic. aũ. Ad dandam ſci
entiã plebi tue dñe in remiſſionẽ
peccatorũ eorũ. ps̃. Benedict⁹ do.

Feria vi. Inuitat. Dominū qui fecit nos. Venite adoremus. Ps. Venite. In .i. noct. añt Inclina domine. Psalmus .lxxxv.

Inclina dñe aureꝫ tuam ꝛ exaudi me: quoniā inops ꝛ paupꝫ ſuꝫ ego. Cuſtodi aīam meā qm̄ ſcūs ſum: ſaluū fac ſeruū tuū deus meꝰ ſperantē in te. Miſerere mei dñe qm̄ ad te clamaui tota die: letifica aīaꝫ ſerui tui qm̄ ad te dñe aīam meā leuaui. Quoniā tu dñe ſuauis ꝛ mitis: ꝛ multe miſericordie oībꝫ inuocantibꝫ te. Auribꝫ percipe orōem meā: ꝛ intende voci depcationis mee. In die tribulatiōis mee clamaui ad te: qꝛ exaudiſti

me. Non eſt ſilis tui in dijs do-
mine: ⁊ nō eſt ſm opa tua. Om-
nes gētes quaſcūq; feciſti. veni-
ent ⁊ adorabūt corā te dn̄e: ⁊ glo
rificabūt nomē tuum: Qm̄ ma
gnꝰ es tu ⁊ faciens mirabilia: tu
es deꝰ ſolus. Deduc me dn̄e in
via tua. et ingrediar in veritate
tua: letet̄ cor meū vt timeat no
men tuū. Confitebor tibi dn̄e de
us meꝰ in toto corde meo: ⁊ glo-
rificabo nomē tuum ĩ eternum.
Quia mia tua magna ē ſup me
⁊ eruiſti aiaȝ meā ex ĩferno ĩferi-
ori. Deꝰ iniqui inſurrexerūt ſup
me. ⁊ ſynagoga potētiū q̄ſierunt
aīaȝ meā: ⁊ nō ꝓpoſuerūt te ĩ ɔſpe
ctu ſuo. Et tu dn̄e deꝰ miſerator
et miſericors: patiens et multe

miſericordie ⁊ verax. Reſpice in
me ⁊ miſerere mei. da ĩpiū tuū
puero tuo: ⁊ saluū fac filiū ancil
le tue. Fac mecum ſignū in bo-
no. vt videant qui oderūt me et
cōfundātur: quoniā tu dn̄e ad-
iuuiſti me et conſolatus es me.

Fundamenta Pſ. lxxxvi.
eius in montibus ſanctiſ: di
ligit dn̄s portas ſion ſup omnia
tabernacula iacob. Glorioſa di-
cta ſūt de te: ciuitas dei. Memor
ero raab et babylonis: ſcientiū
me. Ecce alienigene et tyr⁹ ⁊ po-
pulus ethiopum: hi fuerūt illic
Nunquid ſion dicet homo. ⁊ ho-
mo natus eſt in ea: ⁊ ipſe funda-
uit eam altiſſimus. Dn̄s narra
uit in ſcripturis pploꝝ: ⁊ princi-

pum hoꝝ qui fuerũt in ea. ſicut
letantium oĩm: habitatio in te:
Añ. Inclina dñe aurem tuã ꝛ ex
audi me. Feria. v. ad laud. Pſ.
Domine deus ſa lxxxvij.
lutis mee: in die clamaui et
nocte coram te. Intret in cõſpe
ctu tuo oratio mea: inclina aurẽ
tuam ad precem meã. Quia re
pleta eſt malis anĩa mea: et vita
mea inferno appropinquit. Eſti
matus ſum cũ deſcẽdẽtib9 in la
cum: factus ſum ſicut homo ſine
adiutorio iter mortuos liber. Si
cut vulnerati dormientes in ſe
pulcris. quorum nõ eſt mẽor am
plius: et ipſi de manu tua repul
ſi ſunt. Poſuerunt me ĩ lacu in
feriori: in tenebroſis ꝛ in vmbra

mortis. Super me confirmatuſ
eſt furor tuus. et omnes fluctus
tuos induxiſti ſuper me. Lon
ge feciſti notos meos a me: poſu
erunt me abominationem ſibi.
Traditus ſuȝ ꝛ nõ egrediebar:
oculi mei languerũt pre inopia:
Clamaui ad te domine: tota die
expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mira
bilia: aut medici ſuſcitabunt et
confitebuntur tibi. Nunquid
narrabit aliquis in ſepulcro mi
ſericordiam tuam: ꝛ veritateȝ tu
am in perditione. Nunquid co
gnoſcentur ĩ tenebris mirabilia
tua: e iuſticia tua ĩ terra obliuiõiſ
Et ego ad te dñe clamaui: ꝛ ma
ne oratio mea preueniet te: Ut

quid domine repellis orationem
meam: auertis faciem tuã a me
Pauper ſum ego et in laboribuſ
a iuuentute mea: exaltatus aũt
humiliatus ſum et conturbat⁹.
In me tranſierũt ire tue: ⁊ ter-
rores tui cõturbauerũt me. Cir
cundederunt me ſicut aqua tota
die: circundederunt me ſimul.
Elongaſti a me amicũ et proxi-
mum: et notos meos a miſeria.
Añ Benedictus. Pſal. lxxxviii
Miſericordias dñi: ineternũ
cantabo. In generatõe ⁊ ge
neratione: annunciabo veritatẽ
tuam in ore meo. Quoniã dixi-
ſti in eternum miſc͞dia edificabi
tur in celis: preparabit veritas
tua in eis. Diſpoſui teſtamentũ

electis meis. iuraui dauid ſeruo
meo: vſq3 in eternū ꝑparabo ſemē
tuū. Et edificabo in generatiōe
⁊ generationē: ſedē tuā. Confite
būt celi mirabilia tua dñe. etenī
veritatē tuā in eccłia ſctōꝝ. Q̄m
quis in nubibꝫ equabit dño: ſi
milis erit deo ī filijs dei. Deus
qui glificat in ↄcilio ſcōꝝ: magnꝰ
et terribilis ſup oēs q̄ in circūi
tu eius ſunt. Dñe deus virtutū
quis ſilis tibi: potēs es dñe ⁊ ve
ritas tua in circūitu tuo. Tu do
minaris poteſtati maris: motuꝫ
autē fluctuū eiꝰ tu mitigas. Tu
hūiliaſti ſic vulneratū ſupbum:
In brachio vtut tue diſpſiſti ini
micos tuos. Tui ſunt celi et tua
eſt terra: orbē terre ⁊ plēitudinē

eius tu fundaſti: aquilonē ꝛ ma
re tu creaſti. Thabor ꝛ hermon ī
noīe tuo: exultabūt tuū brachiū
cū potentia. Firmet manus tua
et exaltet dextera tua: iuſticia et
iudiciū ꝑparatio ſedis tue. Miſe-
ricordia ꝛ veritas ꝑcedent faciem
tuā: beatus ppl'us qui ſcit iubila
tionē. Dñe in lumine vult' tui
ambulabūt. ꝛ in nomīe tuo exul
tabunt tota die. ꝛ in iuſticia tua
exaltabuntur. Quoniam gloria
virtutis eorum tu es: et in bene
placito tuo exaltabitur cornu no
ſtrum. Quia domini eſt aſ-
ſumptio noſtra: et ſancti iſrael
regis noſtri: Diuiſio.
Tunc locut' es in viſione ſctis
tuis. ꝛ dixiſti poſui adiutoriū in

potente: ⁊ exaltaui electū de ple
be mea. Inueni dauid ſeruum
meum: oleo ſancto meo vnxi eū.
Manus enim mea auxiliabitur
ei: ⁊ brachium meū confirmabit
eum. Nihil proficiet inimicus
in eo: et filius iniquitatis nō appo
net nocere ei. Et concidā a facie
ipſius inimicos eius: et odiētes
eum in fugam conuertā. Et ve
ritaſ mea ⁊ miſericordia mea cū
ipſo: et in nomine meo exaltabi
tur cornu eiuſ. Et ponam in ma
ri manum eius: et in fluminibus
dexteram eius. Ipſe inuocabit
me pater meus es tu: deus meus
et ſuſceptor ſalutis mee. Et ego
primogenitū ponam illum: excel
ſum pre regibus terre. In eternū

ſeruabo illi miſericordiã meam:
et teſtamentũ meum fidele ipſi.
Et ponã in ſclm ſeculi ſemẽ eiꝰ:
et thronũ eius ſic dies celi. Si
autẽ dereliq̃rint filij eius legem
meã: ⁊ in iudicijs meiſ nõ ambu
lauerit. Si iuſticias meas ꝓpha
nauerint: ⁊ mãdata mea ñ cuſto
dierint. Viſitabo in virga iniq̃
tates eorũ: et in verberibus pec
cata eorum. Miſericordiã aũt me
am nõ diſpgam ab eo: neq; noce
bo in ꝟitate mea. Neq; ꝓphana
bo teſtm̃ meũ: ⁊ q̃ pcedunt de la
bijs meis nõ faciã irrita. Semel
iuraui i ſancto meo. ſi dauid mẽ
tiar: ſemen eiuſ in eternũ mane
bit. Et thronꝰ eius ſic ſol i ꝯſpe
ctu meo: ⁊ ſic luna pfecta in eter

num: ⁊ teſtis in celo fidelis. Tu
vero repuliſti ⁊ deſpexiſti: diſtuli
ſti chriſtū tuū. Auertiſti teſtam
tum ſerui tui: ꝓphanaſti in terra
ſanctuariū ei⁹. Deſtruxiſti om̄s
ſepes eius: poſuiſti firmamentū
eius formidinē. Diripuerūt eum
oēs tranſeūtes viā: factus ē ob-
probrium vicinis ſuis. Exaltaſti
dexteram deprimentiū eum: le-
tificaſti oēs inimicos ei⁹. Auer
tiſti adiutoriū gladij eius: et nō
es auxiliatus ei in bello. Deſtru
xiſti eū ab emundatiōe: ⁊ ſedem
eius ī terra colliſiſti. Minoraſti
dies tēpis eius: ꝑfudiſti eū cō
fuſione. Uſqȝquo dñe auertis ī
finē: exardeſcet ſic ignis ira tua.
Memorare que mea ſubſtantia

nunqd enī vane constituisti oēs
filios hominū. Quis est homo q̄
viuet et nō videbit mortē: eruet
animam suam de manu inferi:
Ubi sunt misericordie tue antiq̄
domine: sicut iurasti dauid in ve
ritate tua. Memor esto dn̄e op-
probrij seruorꝝ tuorū: qđ cōtinui
in sinu meo multarū gentium.
Quod exprobrauerīt inimici tui
dn̄e: qđ exprobrauerūt commuta
tionē christi tui: Benedictus do
minus in eternū. fiat fiat. Añ.
Benedictus dominus in eternuꝫ
Feria. v. ad laudes. Psa l. lxxxix.
Domine refugium factus es
nobis: a generatione in ge-
neratione. Prius q̄ꝫ montes fie
rent aut formaref terra ⁊ orbis:

a ſeculo ⁊ vſqꝫ in ſeculum tu es
deus. Ne auertas homīez in hu
militatem:et dixiſti conuertimi/
ni filij hominū. Quoniam mille
anni ante oculos tuos:tanqꝫ di/
es heſterna que preterijt. Et cu/
ſtodia ī nocte que pro nihilo ha
bentur: eorum anni erunt. Ma
ne ſicut herba tranſeat: mane
floreat et tranſeat: veſpere de/
cidat induret ⁊ areſcat. Quia de
fecim⁹ in ira tua:⁊ in furore tuo
turbati ſumus. Poſuiſti iniqui
tates noſtras in conſpectu tuo:ſe
culum noſtrum in illuminatiōe
vultus tui. Quoniā omnes di/
es noſtri defecerunt:⁊ in ira tua
defecim⁹. Anni noſtri ſicut ara
nea meditabunt: dies annoꝝ no

ſtrorū in ipſis ſeptuaginta anni
Si autē in potētatibus octogin-
ta anni: et amplius eorū labor et
dolor. Quoniā ſuperuenit man-
ſuetudo: et corripiemur. Quis
nouit poteſtatem ire tue: et pre
timore tuo iram tuā dinumera
re. Dexteram tuā ſic notam fac:
et eruditos corde in ſapientia.
Conuertere dñe uſqꝫ quo: ⁊ de
precabilis eſto ſup̱ ſeruos tuos:
Repleti ſumus mane miſericor
dia tua: ⁊ exultauim⁹ ⁊ delectati
ſumus in omnib⁹ dieb⁹ noſtris.
Letati ſumus pro dieb⁹ quib⁹
nos humiliaſti: annis quib⁹ vi-
dimus mala. Reſpice in ſeruos
tuos ⁊ in opa tua ⁊ dirige filios
eorum. Et ſit ſplendor dñi dei

nr̄i ſup nos. ⁊ opa manuū nr̄a
rū dirige ſup nos. ⁊ opꝰ manuuꝫ
noſtrarū dirige. Ad completo-
riū oīni tempe. Pſalmus. xc.
QUi habitat in adiutorio al-
tiſſimi: in ptectōe dei celi cō
morabitur. Dicet domino ſu-
ſceptor meꝰ es tu: ⁊ refugiū me-
um deus meus ſperabo in eum.
Quoniam ipſe liberauit me de
laqueo venantiū. ⁊ a verbo aſpo.
Scapulis ſuis obūbrabit tibi: ⁊
ſub pēnis eiꝰ ſpabis Scuto circū
dabit te veritas eiꝰ: nō timebis
a timore nocturno. A ſagitta vo
lante ī die. a negocio pambulan
te in tenebris: ab incurſu ⁊ dmo
nio meridiano. Cadent a latere
tuo mille. et decē milia a dextris

tuis:ad te aũt nõ appropinq̃bit.
Ueruntñ oculis tuis conſidera
bis.⁊ retrtbutiõem pctõꝝ vide
bis. Quoniã tu eſ dñe ſpes mea
mea: altiſſimũ poſuiſti refugiuꝫ
tuũ. Non accedat ad te malũ:⁊
flagellũ non appropinq̃bit taber
naculo tuo. Qm̃ angelis ſuis
mãdauit de te:vt cuſtodiãt te in
omnibꝫ vijs tuis. In manibuſ
portabũt te:ne forte offendas ad
lapidem pedẽ tuũ: Sup aſpideꝫ
et baſiliſcũ ambulabis:⁊ ꝯculca
bis leonẽ ⁊ draconẽ. Qm̃ in me
ſꝑauit liberabo eũ:ꝓte.eũ qm̃ co
no.meũ. Clamauit ad me ⁊ exau
diã eũ.cuꝫ iþo ſũ ĩ tribulatiõe:
eripiã eũ ⁊ glo.eũ. Longitudine
dieꝝ rep.eũ:⁊ oñdã illi ſa:meũ.

Feria ſexta ad laud. Pſal. xci

Bonum eſt confiteri dño: et pſallere nomī tuo altiſſime. Ad annunciandū mane miſericordiam tuam: et veritatē tuam per noctem. In decachordo pſalterio: cū cantico ī cithara. Quia delectaſti me domine in factura tua: et in operibus manuū tuarum exultabo. Quaz magnificata ſunt opera tua domiue: nimis profunde facte ſnnt cogitatiōes tue. Vir inſipiens nō cognoſcet: et ſtultus nō cognoſcet hec. Cū exorti fuerint peccatores ſicut fenum: et apparuerint omnes qui operantur inquitatem. Ut intereant in ſeculū ſeculi: tu autem altiſſim⁹ in eternū domine. Quo

niam ecce inimici tui domine.
quoniam ecce inimici tui peri-
bunt: ⁊ diſpergentur omnes qui
operantur inquitatē. Et exalta-
bitur ſicut vnicornis cornu me-
um:et ſenectus mea in meſeri-
cordia vberi. Et deſpexit ocu
lus meus inimicos meos:et in-
ſurgentibus in me malignanti-
bus audiet auris mea. Iuſt⁹ vt
palma florebit:ſicut cedrus liba
ni multiplicabitur. Plantati in
domo dmini: in atrijs dom⁹ dei
noſtri florebūt. Adhuc multipli
cabuntur in ſenecta vberi.et be-
ne patieutes erunt vt annunci-
ent. Quouiam rectus dominuſ
deus nr̄ :⁊ nō eſt iniqtas in eo.
Aij. Exaltare. Pſalmus.xcij.

Dominus regnauit decorē indutus eſt: indutus eſt dominꝰ fortitudinē ⁊ precinxit ſe. Etenim firmauit orbem terre: qui non cōmouebitur. Parata ſedes tua extunc: a ſeculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocē ſuam. Eleuauerūt flumīa fluctus ſuos a vocibus aq̄ꝝ multaꝝ. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitudo domine. in longitudine dierum. Pſalmus .xciij.

Deus vltionū dominus: deus vltionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram: redde

retributionē ſuperbis. Uſqƺquo pctores dñe: vſqƺq̊ pctores gloria bunt: Effabuntur et loquent iniquitatē: loqntur omnes qui operantur iniuſticiam. Populū tuū domine humiliauerunt. et hereditatem tuam vexauerunt: Uiduam et aduenam interfecerunt. et pupillos occiderunt. Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob. Intelligite inſipientes in populo: et ſtulti aliquādo ſapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non conſiderat. Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominē ſcientiam. Dominus ſcit cogitationes hominū: qnoniā vane ſunt.

Beatus homo quē tu erudieris
domine: et de lege tua docueris
eum: Ut mitiges ei a diebꝰ ma
lis: donec foueat̄ peccatori fouea
Quia nō repellet dominus ple
bem ſuam: et hereditatē ſuā non
derelinquet. Quoadusqꝫ iuſticia
conuertatur in iudiciū: et qui iu
xta illam omnes qui recto ſunt
corde. Quis conſurget mihi ad
uerſus malignantes: aut quis
ſtabit mecū aduerſus operātes
iniquitatem. Niſi quia dominꝰ
adiuuit me: paulominus habi
taſſet in inferno anima mea.
Si dicebam motus eſt pes me
us: miſericordia tua domine ad
iuuabat me. Sc̄dm mltitudinē
dolorum meoꝝ in corde meo: cō

ſolationes tue letificaueſt aīam
meā. Nunq̄d adheret tibi ſedes
iniq̄tatis: qui fingis laborē in p̄
cepto. Captabunt in aīam iuſti:
et ſangninē īnocentē ↄdēnabūt
Et factus ē mihi dn̄s ī refugiū:
et de⁹ me⁹ in adiutoriū ſpei mee.
Et reddet illis iniquitatē ipoꝝ:
et in malicia eoꝝ diſperdet eos.
diſp̄det illos dn̄s deus nr̄. Añ.
Exaltare qui iudicas terram. ℣
Beatus homo quē tu erudieris
dn̄e. Et de lege tua docueris eum.

Benignus eſt enim lectio.
ſpirit⁹ ſapientie: ⁊ nō libera
bit maledictū a labijs ſuis: qm̄
renū illi⁹ teſtis ē de⁹ ⁊ cordis ei⁹
ſcrutatoꝛ eſt ver⁹: ⁊ ligue illi⁹ au
ditoꝛ: qm̄ ſpūs dn̄i repleuit oꝛbē

terrarum:et hoc q̄d cōtinet om̄ia
ſcientiā habet vocis. Tu aūt. Rem.
Miſericordias dn̄i In eternū can
tabo. V. In generatione ⁊ genera
tione. In eternū. Diebꝰ feria
tis p eſtatē ad vigilias ſine In
uit. ps. xciiii.

Venite exul
temus dn̄o: iubilemꝰ deo ſa
lutari nr̄o: Preocupemus faciē
eius in confeſſione: ⁊ in pſalmis
iubilemꝰ ei. Qm̄ deus magnus
dn̄s: et rex magnꝰ ſup oēs deos.
Quia in manu eius fines terre:
et altitudines montium ipſius
ſunt. Qm̄ ipſius ē mare et ip
ſe fecit illud: et ſiccā manꝰ eius
formauerūt: venite adoremus ⁊
procidamus ⁊ ploremus ante do
minum qui fecit nos: quia ipſe

eſt deus noſter Et nos populus
paſcue eius. ⁊ oues man⁹ eius:
hodie ſi vocē eius audieritis: no
lite obdurare corda vr̄a Sicut
in irritatione: ſm̄ diem tempta-
tionis in deſerto Ubi temptaue
runt me pr̄es veſtri: ꝓbauerunt
et viderūt opa mea. Quadragin
ta annis offenſus fui generatōi
illi: ⁊ dixi ſemꝑ errant corde Et
iſti nō ꝯgnouerūt vias meas: vt
iuraui in ira mea ſi intrabūt in
requiem meā: In .ij. noct. añ.
Alleluia. In .xl. añ. Cantate dño.
Cantate dño ps. xcv.
canticū nouū: cantate
dño omīs terra. Can
tate dño ⁊ bn̄dicite no
mini eius: annūciate de die in

diem ſalutare eiꝰ Annūciate in
ter gentes gl'iam eiꝰ: i oibꝫ ꝑplis
mirabilia eius. Qm̄ magnꝰ dñs
et laudabil' nimis: terribilis eſt
ſup oēs deos. Qm̄ oēs dij gētiū
demonia: dñs aūt celos fec. Con
feſſio ꝛ pulcritudo in ꝯſpectu eꝰ:
ſctimonia ꝛ magnificētia in ſan
ctificatōe eiꝰ. Afferte dño patrie
gētiū: afferte dño gl'aꝫ ꝛ honorē:
afferte dño gl'iaꝫ noī eiꝰ. Tollite
hoſtias et introite in atria eius:
adorate dñm in atrio ſctō eius.
Cōmoueaꝭ a facie eiꝰ vniuerſa
terra: dicite in gentibꝫ qꝛ dñs re
gnauit. Etenī correxit orbē qui
non ꝯmouebiꝭ: iudicabit ꝑplos
in equitate. Letēꝭ celi ꝛ exultet
terra: cōmoueaꝭ mare ꝛ plenitu

do eius: gaudebunt campi ⁊ om
nia que in eis ſunt. Tunc exul
tabunt omia ligna ſiluarum a
facie dñi quia venit: qm̄ venit iu
dicare terram. Iudicabit orbem
terre in equitate: ⁊ pplos in veri
tate ſua. ps. xcvi.

Dominus regnauit exultet terra: leten
tur inſule mlte. Nubes ⁊ caligo
in circuitu ei⁹: iuſticia et iudiciū
correctio ſedis eius. Ignis ante
ipſum pcedet: et inflāmabit in
circuitu inimicos eius. Alluxe
runt fulgura eius orbi terre: vi
dit ⁊ cōmota ē terra. Montes ſic
cera fluxerūt a facie dñi: a facie
dñi oīs terra. Annūciauerūt celi
iuſticiā ei⁹: ⁊ viderūt oēs ppli glo
riam eius. Confundantur omnes

qui adorant ſculptilia:⁊ qui glo-
rianť in ſimulacris ſuis. Ado-
rate eū omēs angeli eius: audi-
uit et letata eſt ſyon. Et exulta-
uerunt filie iude: ꝓpter iudicia
tua dñe. Qm̄ tu dominus altiſ-
ſimus ſuꝑ omnē terram: nimis
exaltatus es ſuꝑ oēs deos. Qui
diligitis dñm odite malū: cuſto-
dit dñs animas ſctōꝝ ſuoꝛuꝫ de
manu pctōꝛis liberauit eoſ. Lux
oꝛta eſt iuſto: et rectis coꝛde leti-
cia: [illegible] iuſti in dño:⁊ cō-
fitemini memoꝛie ſanctificatōnis
eius. Añ. Cantate dño ⁊ bn̄dicite
nomi eius. Añ. Quia mirabilia.
Cantate dño can- ps. xcvij.
ticum nouū:quia mirabilia
fecit. Saluauit ſibi dextera eiuſ:

et brachium ſanctū eius. Notū
fecit dominus ſalutare ſuum: in
conſpectu gentium reuelauit iu
ſticiam ſuā. Recordatus eſt mi
ſericordie ſue ⁊ veritatis ſue: do
mui iſrael. Viderunt omēs ter,
mini terre ſalutare dei nr̄i. Iu,
bilate dn̄o omnis terra: cantate
et exultate ⁊ pſallite. Pſallite do
mino in cithara. in cithara ⁊ vo,
ce pſalmi: in tubis ductilibus ⁊
voce tube cornee. Iubilate in cō
ſpectu regis domini. moueat ma
re ⁊ plenitudo eius: orbis terra,
rum ⁊ qui habitant in eo. Flu,
mina plaudent māu ſimul mō,
tes exultabūt a conſpectu dn̄i:
qm̄ venit iudicare terrā. Iudica
bit orbē terraꝝ i iuſticia: ⁊ p̄plos

in equitate. Pſalmus.xcviij.

Dominus regnauit: iraſcant populi : qui ſedes ſup̄ cherubin moueat terra: Dñs in ſyon magnus: ⁊ excelſus ſup̄ oĩs populos. Confiteãt nomĩ tuo magno. qm̃ terribile ⁊ ſanctũ eſt: et honor regis iudiciũ diligit. Tu paſti directiones: iudiciũ ⁊ iuſticiam in iacob tu feciſti. Exaltate dñm deũ noſtꝝ: ⁊ adorate ſcabellum pedũ eius quoniam ſanctum eſt. Moyſes ⁊ aaron in ſacerdotibus eius: ⁊ ſamuel inter eos q̃ inuocant nomẽ ei⁹. Inuocabãt dñz ⁊ ip̄e exaudiebat eos: in colũna nubis loq̄bat̄ ad eos ⁊ Cuſtodiebãt teſtimonia eius: ⁊ preceptum quod dedit illis. Do

mine deus noſter tu exaudiebaſ
eos. deus tu ꝓpitius fuiſti eis: et
vlciſcens in oēs adinuentiones
eoꝝ. Exaltate dn̄m deū noſtꝝ. et
adorate in monte ſctō eius: qm̄
ſanct⁹ dn̄s deus nr̄. An. Quia
mirabilia fecit dn̄s. An. Jubilate

Iubilate dn̄o om̄is ps. xcix.
terra: ſeruite dn̄o in leticia:
Introite in conſpectu eius: in
exultatione citote qm̄ dn̄s ipſe
eſt deus: ipſe fec̄ nos ⁊ n̄ ipſi noſ.
Popul⁹ eius ⁊ oues paſcue ei⁹.
introite portas eius in ꝯfeſſiōe:
atria eius in hymnis ꝯfitemini
illi. Laudate nomē eius quoniā
ſuauis eſt dominus. in eternuꝫ
miſcdia eius: et vſqꝫ in gn̄atiōe
⁊ gn̄atione ꝟitas eius. ps. c

MIſericordiã et iudiciũ: can
tabo tibi dñe. Pſallam ⁊ in
telligam in via immaculata: qñ
venies ad me: Perambulabã in
innocẽtia cordis mei: in medio
domus mee. Non ꝓponebã ante
oculos meos rem iniuſtã facien
tes ꝑuaricatiões odiui. Non ad
heſit mihi cor prauũ: declinantẽ
a me malignũ nõ cognoſcebam.
Detrahentẽ ſecreto, primo ſuo:
hunc ꝑſeq̃bar. Supbo oculo et
inſatiabili corde: cũ hoc ñ edebã
Oculi mei ad fideles terre vt
ſedeãt mecũ: ambulãs in via im
maculata hic mihi miniſtrabat.
Non habitabit in medio dom⁹
mee: qui facit ſuperbiam: qui lo-
quitur iniqua nõ direxit in con

ſpectu oculorū meorum. In ma-
tutino interf[illegible]iebā om̄s pctōres
terre: vt diſpderē de ciuitate do
mini oēs opantes iniquitatē.
Añ. Jubilate dño omnis terra. V.
Dñs in ſion magn⁹. Et excel. ſu-
per oēs populos. In laudib⁹ añ.
Spiritu principali confirma cor
meū deus. ps. Miſerere. ps. No
tus in iudea. ps Bonū eſt confi
teri cañ. Dñe audiui. ps. Lauda
te dominū de celis. Rn. Ad an-
nunciandū mane Miſericordiam
tuam. V. Et veritatē tuā p noctē.
Miſeri. Ad bñ. añ Per viſcera
miſericordie dei noſtri viſitauit nos
Sabbato Inuit. oriens ex alto.
Dñm deū noſtrū Venite adorē⁹.
ps. Venite. In ſcdo noctur. añ.

Clamoꝛ meus; **Pſalmus .ci.**

Domine exaudi oratio
nem meam: et clamoꝛ
meus ad te veniat.
Non auertas faciem
tuã a me: in quacunqꝫ die tribu-
loꝛ inclina ad me aurẽ tuam. In
quacunqꝫ die inuocauero te: ve-
lociter exaudi me. Quia defece-
runt ſicut fumus dies mei: et
oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt.
Percuſſus ſum vt fenum ⁊ aru
it coꝛ meum: qꝛ oblitus ſũ come
dere panẽ meum. A voce gemitꝰ
mei: adheſit os meũ carni mee.
Similis factus ſuz pellicano ſo
litudinis: factus ſum ſicut ny-
cticoꝛax in domicilio. Uigilaui ⁊
factus ſum ſicut paſſer ſolitariꝰ

in tecto. Tota die exprobrabant
mihi inimici mei: ꝛ q̃ laudabant
me aduerſum me iurabãt. uia
cinerẽ tanꝗ̃ panem mãducabã:
et poculũ meum cuꝫ fletu miſce
bam. A facie ire indignationis
tue: quia eleuans alliſiſti me :
Dies mei ſicut vmbra declĩaue
runt: ꝛ ego ſic̃ fenũ arui. Tu au-
tem domine in eternum perma
nes: et memoriale tuum in gene
ratione ꝛ generationẽ. Tu exur-
gens miſereberis ſyon: quia tem
pus miſerẽdi eius qꝛ venit tps.
Quoniã placuerunt ſeruis tuis
lapides eius, et terre eius miſe
rebuntur. Et timebunt gentes
nomen tuũ dñe: ꝛ omnes reges
terre gloriam tuam. Quia edi-

ficauit dominus ſyon:⁊ videbit
in glia ſua Reſpexit in oroz hu
miliū:et nō ſpreuit pcē eoꝝ Scri
bant hec in generatiōe altera: et
pplus q̄ creabit laudabit dn̄m:
Quia ꝓſpexit de excelſo ſctō ſuo
dn̄s de celo in terrā aſpexit Ut
audiret gemitus compeditoꝝ:
vt ſolueret filios interemptoꝝ:
Ut annūcient in ſion nomē dn̄i:
et laudē eius in hieruſalē In cō
ueniendo pplos i vnum:⁊ reges
vt ſeruiant dn̄o Reſpondit ei in
via virtutis ſue: paucitatē dieꝝ
meoꝝ nūcia mihi Ne reuoces
me in dimidio dierū meoꝝ: in
generatione ⁊ generationē anni
tui Initio tu dn̄e terrā fūdaſti:
et opa manuū tuarū ſunt celi.

Ipſi ꝑibunt tu autẽ ꝑmanes:et
om̄es ſic̄ veſtimentũ veteraſcent
Et ſicut oꝑtoriũ mutabis eos ⁊
mutabunt: tu aũt idem ip̃e es ⁊
anni tui nõ deficient Filij ſuo-
rum tuorũ hĩtabunt:⁊ ſemen eo
rum in ſeculũ diriget̃. ps.cij.
Benedic anĩa mea dño:⁊ oĩa
que intra me ſũt nomĩ ſctõ
eius Benedic aĩa mea dño:⁊ no
li obliuiſci oẽs retributões eius.
Qui ꝓpitiat̃ oĩbus iniq̃tatibus
tuis: qui ſanat oẽs infirmitates
tuas. Qui redimit d̃ interitu vi
tam tuã: qui coronat te in miſe-
ricordia ⁊ miſerationĩb9. Qui re
plet in bonis deſideriũ tuũ:reno
uabit vt aquile iuuentus tua
Faciens miſericordias dñs e

iudicium: omĩbꝫ iniuriã patẽti-
bus. Notas fec̃ vias ſuas moiſi:
filijs iſrl' volũtates ſuas. Miſera
tor ꝛ miſericors dñs: lõganimis
et multũ miſericors. Nõ in ꝑpe
tuũ iraſcet: neqꝫ in eternũ cõmi
nabit. Non ſm pctã noſtra fecit
nobis: neqꝫ ſcdm iniqtates nrãs
retribuit nobis. Qm̃ ſm altitu-
dinẽ celi a terra: corroborauit mi
ſericordiã ſuã ſuper timentes ſe.
Quantũ diſtat ortꝰ ab occidente:
longe fecit a nobis iniqtates no
ſtras. Quomõ miſeret pater fili
orum. miſertꝰ eſt dñs timentibꝫ
ſe: qm̃ ipſe cognouit figmentum
noſtrũ. Recordatꝰ eſt qm̃ puluis
ſumus. ho ſicut fenũ: dies eius
tãqꝫ flos agri ſic efflorebit. Qm̃

ſpiritus ꝑtranſibit in illo et non
ſubſiſtet: et non cognoſcet am-
plius locum ſuuz. Miſericordia
autē domini ab eterno ⁊ vſqꝫ in
eternum: ſuper timentes eum.
Et iuſticia illius in filios filio-
rum: his qui ſeruāt teſtamentū
eius. Et memores ſunt manda
torum ipſius: ad faciendum ea.
Dominus in celo parauit ſedez
ſuam: et regnū ipſius omnibus
dominabit. Benedicite dn̄o om
nes angeli ei⁹. potentes virtute:
facientes verbū illius ad audiē-
dam vocem ſermonū eius. Be-
nedicite dn̄o oēs virtutes eius:
miniſtri eius qui facitis volunta
tem eius. Benedicite dn̄o omīa
opera eius: in omni loco dn̄atio

nis eius benedic aĩa mea dño!
Añ. Clamor meᵒ ad te veniat deᵒ.
Benedic Añ Bñdic. ps. ciij.
Benedic anima mea dño: dñe deus meus magnificatus es vehemen ter. Confeſſionem ⁊ decorem in duiſti: amictus lumĩe ſicut veſti mento: Extendẽs celũ ſic̃ pellẽ: qui tegis aquis ſuperiora eius: Qui ponis nubẽ aſcenſum tuũ: qui ambulas ſup pennas vẽtoꝝ Qui facis angelos tuos ſpiritᵒ: et miniſtros tuos ignẽ vrentem: Qui fundaſti terrã ſup ſtabili tatẽ ſuam: nõ inclinabit̃ in ſecu lũ ſeculi. Abyſſus ſic̃ veſtimẽtuꝫ amictus eiᵒ: ſup montes ſtabũt aque. Ab increpatione tua fugi ent a voce tonitrui tui formida-

bunt. Aſcendũt montes ⁊ deſcē
dunt campi: in locum quē fun-
daſti eis. Terminũ poſuiſti quē
non tranſgredietur: neqꝫ conuer
tentur operire terram. Qui emit
tis fontes in conuallibus: inter
mediũ montium pertranſibunt
aque. Potabunt oēs beſtie agri:
expectabunt onagri in ſiti ſua.
Super ea volucres celi habita-
bunt: de medio petrarum da-
bunt voces. Rigans montes de
ſuperioribꝫ ſuis: de fructu operũ
tuorum ſatiabitur terra. Produ
cens fenũ iumentis: et herbam
ſeruituti hoīm. Ut educat panē
de terra: et vinũ letificet cor ho-
minis. Ut exhilaret faciē ī oleo:
et panis cor hominis confirmet.

Saturabūtur ligna campi .et ce
dri libani quas plantauit : illic
paſſeres nidificabunt. Herodij
domus dux eſt eorum.mōtes ex
celſi ceruis:petra refugiū erina-
cijs. Fecit lunam in tempa: ſol
cognouit occaſum ſuum. Poſui-
ſti tenebras ⁊ facta eſt nox:in ip
ſa pertranſibūt omnes beſtie ſil-
ue. Catuli leonū rugientes vt
rapiant:et querāt a deo eſcā ſibi.
Ortus eſt ſol ⁊ congregati ſunt:
et in cubilibus ſuis collocabun
tur. Exibit homo ad opus ſuuꝫ:
et ad oꝑationē ſuam vſqꝫ ad ve
ſperam. Quaꝫ magnificata ſunt
opera tua dn̄e. omnia in ſapien-
tia feciſti:impleta eſt terra poſſeſ
ſeſſione tua. Diuiſio.

Hoc mare magnū et ſpacioſum
manibꝫ: illic reptilia quorū non
eſt numerus. Animalia puſilla
cum magnis: illic naues ꝑtrāſi-
bunt. Draco iſte quem formaſti
ad illudendū ei: omnia a te expe-
ctant vt des illis eſcam in tem-
pore. Dante te illis colligēt: ape-
riente te manū tuam omnia im-
plebuntur bonitate. Auertente
autē te faciem turbabūtur. aufe
res ſpiritū eorum ⁊ deficient: et
in puluerez ſuum reuertentur.
Emitte ſpm̄ tuum ⁊ creabūtur:
et renouabis faciem terre. Sit
gloria domini in ſeculuz: letabit
dominus in operibus ſuis. Qui
reſpicit terrā ⁊ facit eam treme-
re: qui tangit montes ⁊ fumigāt

Cantabo domino in vita mea:
pſallam deo meo q̄diu ſum. Io
cundum ſit ei eloquium meuz:
ego vero delectabor in domino.
viij Deficiant peccatores a terra. et
iniqui ita vt nō ſint: benedic aīa
mea domino: Añ. Bñdic anima
mea dño. Añ. Letetur. Ps. ciiij.
Confitemini domino ꝛ inuo
cate nomē eius: annunciate
inter gentes opera eius. Canta
te ei ꝛ pſallite ei: narrate omnia
mirabilia eius: Laudamini in
nomīe ſancto ei⁹: letetur cor que
rentium dñm. Querite dñm ꝛ
confirmamini: q̃rite faciez eius
ſemꝑ. Mementote mirabilium
eius q̄ fecit: ꝓdigia ei⁹ ꝛ iudicia
oris eius. Semen abraam ſerui

eius:filij iacob electi eius. Ipſe
dominus deus noſter:in vniuer
ſa terra iudicia eius. Memor fu
it in ſeculū teſtamenti ſui:verbi
quod mādauit in mille genera-
tiones. Quod diſpoſuit ad abra
am: et iuramenti ſui ad yſaac:
Et ſtatuit illō iacob in p̄ceptū:
et iſrael in teſtamētum eternū:
Dicens tibi dabo terraꝫ chana-
an:funiculum hereditatis veſtre
Cum eſſent numero breui:pau
ciſſimi ꝛ incole eius. Et ꝑtranſie
runt de gente in gentē. ꝛ d̄ regno
ad populum alterū. Non reliq̄t
hoīem nocere eis: et corripuit ꝓ
eis reges. Nolite tāgere chriſtoſ
meoſ: ꝛ ī ꝓphetꝭ meis nolite mali
gnari. Et vocauit famē ſup̄ trā:

et omĩe firmamentũ panis cõtri
uit. Miſit ante eos virum: in ſer
uum venũdatus eſt ioſeph. Hu
miliauerũt in cõpedibus pedes
eius ferrum ꝑtranſijt aĩam eiꝰ:
donec veniret verbum eius. Elo
quium dñi inflammauit eũ mi
ſit rex ⁊ ſoluit eum: princeps po
pulorũ ⁊ dimiſit eũ. Conſtituit
eũ dñm domus ſue: ⁊ principem
omĩs poſſeſſionis ſue. Et erudi
ret principes eiꝰ ſicut ſemetipm:
et ſenes eius prudentiã doceret.
Et intrauit iſrael in Diuiſio.
egyptum: et iacob acola fuit in
terra cham. Et auxit pplm ſuuz
vehemẽter: ⁊ firmauit eũ ſuꝑ ini
micos eius. Conuertit cor eorũ
vt odirent pplm eius: ⁊ dolũ face

rent in ſeruos eius. Miſit moy-
ſen ſeruū ſuum: aaron quem ele
git ipſum. Poſuit in eis verba
ſignorū ſuorum: ꝛ prodigiorū in
terra cham Miſit tenebras ꝛ ob
ſcurauit: etñ exacerbauit ſermo
nes ſuos Conuertit aquas eoꝝ
in ſanguinē: et occidit piſces eo-
rum Et dedit terra eorū ranas:
in penetralibus regum ipſoruꝫ ꝛ
Dixit ꝛ venit cynomia ꝛ cinifes:
in omnibꝰ finibus eorū. Poſuit
pluuias eorum grandinē: igneꝫ
comburentem in terra ipſoꝝ Et
percuſſit vineas eoꝝ ꝛ ficulneas
eoꝝ: et ꝯtriuit lignū finiū eorū.
Dixit ꝛ venit locuſta ꝛ bruchꝰ:
cuius nō erat nūerus Et come
dit omne fenū in terra eorum: ꝛ

comedit omnē fructum terre eorum. Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argento ⁊ auro: et non erat in tribubus eorū infirmus. Letata eſt egyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorū ſuper eos. Expandit nubem in proctectionem eorum: et ignem vt luceret eis per noctem. Petierunt et venit coturnix: ⁊ pane celi ſaturauit eoſ. Diſrupit petram et fluxerunt aque: abierunt in ſicco flumina. Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui: quod habuit ad abraam puerū ſuum. Et eduxit populū ſuum in exultatiōe: ⁊ electos ſu

os in leticia Et dedit illis regio
nes gentium :et labores populo-
rum poſſederunt. Et cuſtodiant
iuſtificationes eius:et legẽ eius
requirant. Antiphona. Letetur
cor querentium dominũ. ℣. Que-
rite dominũ et cõfirmami. Queri
te faciem eius ſemper. Lectio.
Bene fac iuſto : et inuenies re-
tributionem magnaꝫ. Et ſi non
ab ipſo :certe a domio. Non enĩ
bene eſt ei qui aſſiduus ẽ in ma
lis : et elomoſinam non danti.
Quoniam ⁊ altiſſimus odio ha
bet peccatores.et miſertus eſt pe
nitentibus. Tu. R̃m Dñe exau
di orõem meam. Et clamor meus
ad te veniat. Ora. In.ij.noct.añ.
All'a. In.xl.añ. Viſita. ps.cv.

Confitemini domino
quoniā bonus: qm̄ in
ſeculum miſcdia ei⁹.
Quis loquetur potē-
tias domini: auditas faciet oīs
laudes eius. Beati qui cuſtodi
unt iudiciū: ⁊ faciunt iuſticiā in
omni tempe. Memēto noſtri do
mine in beneplacito populi tui:
viſita nos in ſalutari tuo. Ad vi
dendum in bonitate electorum
tuorum. ad letandum in leticia
gentis tue: vt lauderis cum here
ditate tua. Peccauimus cuꝫ pa-
tribus noſtris: iniuſte egim⁹ ini
quitatē fecimus. Patres noſtri
in egypto non intellexerūt mira
bilia tua: non fuerunt memores
mltitudīs miſcdie tue. Et irri-

tauerunt aſcẽdentes ĩ mari:ma
ri rubꝛo. Et ſaluauit eos ꝓpter
nomẽ ſuũ: vt notã faceret poten
tiã ſuã Et increpuit mare rubꝝ
⁊ exiccatũ ẽ:⁊ deduxit eos ĩ abyſ
ſis ſicut in deſerto. Et ſaluauit
eos de mãu odientiũ: ⁊ redemit
eos de manu inimici. Et operu
it aqua tribulãtes eos:vnꝰ ex eis
non remãſit. Et crediderũt ver
bis eius:⁊ laudauerũt laudẽ eiꝰ
Cito fecerũt obliti ſunt operuꝫ
eius: ⁊ non ſuſtinuerũt conſiliũ
eius. Et concupierũt ꝯcupiſcen
tiam in deſerto:⁊ temptauerunt
deum in inaquoſo. Et dedit eis
petitionem ipſoꝝ: et miſit ſaturi
tatem in aĩas eoꝝ. Et irritaue
rũt moyſen in caſtris:aaron ſan

clum dñi. Aperta eſt terra ꝛ de
glutiuit dathan: ꝛ op̄uit ſup̄ con
gregationem abyron. Et exarſit
ignis in ſinagoga eoꝝ: flāma cō
buſſit pctōres. Et fecer̄t vitulū
in oreb: ꝛ adorauer̄t ſculptile. Et
mutauerūt gl'iam ſuā: in ſimitu
dinem vituli comedētis fenum
Obliti ſūt deū qui ſaluauit eoſ
qui fec̄ magnalia in egypto: mi
rabilia in terra cham terribilia
in mari rubro. Et dixit vt diſper
deret eos: ſi nō moyſes elect⁹ ei⁹
ſtetiſſet in ꝯfractiōe in ꝯſpc̄u ei⁹
Ut auerteret irā eius ne diſp̄de
ret eos: ꝛ p nihilo habuerūt ter
ram deſiderabilē. Non credide
runt verbo eius. ꝛ murmuraue
runt in tabernacul' ſuis: non ex

audierunt vocem dñi. Et eleua
uit manũ ſuam ſuꝑ eos: vt pro
ſterneret eos in deſerto. Et vt
deiceret ſemen eoꝝ in nationibꝰ:
et diſperderet eos in regionibꝰ.
Et initiati ſunt beelphegor: ⁊ co
mederũt ſacrificia mortuorum.
Et irritauerũt eum in adinuen
tionibus ſuis: ⁊ multiplicata eſt
in eis ruina. Et ſtetit finees et
placauit: ⁊ ceſſauit quaſſatõ. Et
reputatum eſt ei in iuſticiam: in
generatione ⁊ generatiõem vſq
in ſempiternum: Diuiſio
Et irritauerũt eũ ad aq̃s ꝯdictio
nis, ⁊ vexatꝰ ẽ moyſes ꝓpter eos:
qꝛ exacerbauerũt ſpm̃ eiꝰ. Et di
ſtinxit in labiis ſuis: non diſpdi
derũt gentes q̃s dixit dominus

illis. Et cōmixti ſunt inter gen-
tes. et didicerunt op̄a eorum. et
ſeruierūt ſculptilib⁹ eoꝝ: ⁊ factū
eſt illis in ſcādalum. Et immo
lauerunt filios ſuos: et filias ſu
as demonijs. Et effuderūt ſan-
guinem īnocentē. ſanguinē filio
rum ſuorum et filiarū ſuarum:
quas ſacrificauerunt ſculptilib⁹
chanaan. Et interfecta eſt terra
in ſanguinib⁹: et contaminata
eſt in opibus eorum: ⁊ fornicati
ſunt in adinuētiōibus ſuis. Et
iratus eſt furore dominus in po
pulum ſuū: ⁊ abominatus eſt he
reditatem ſuā. Et tradidit eos
in manus gentiū: ⁊ dominati ſūt
eorum qui oderūt eos. Et tribu
lauerūt eos inimici eoꝝ. ⁊ hūiliati

ſunt ſub manibꝫ eoꝝ: ſepe libera
uit eos. Ipſi aũt exacerbauerũt
eũ in ↄſilio ſuo: et hũiliati ſunt
in iniquitatibꝫ ſuis. Et vidit cũ
tribularent̃: ⁊ audiuit oꝛõẽ eoꝝ.
Et memoꝛ fuit teſtamenti ſui:
et penitiuit eũ ẜm multitudineꝫ
miſericoꝛdie ſue. Et dedit eos ĩ
miſericoꝛdias: in ↄ̃ſpectu omniũ
qui ceperãt eos. Saluos fac nos
domine deus noſter: et congrega
nos de natiõibꝫ. Vt ↄfiteamur
noĩ ſcõ tuo: ⁊ gl'iemur ĩ laud̃ tua
Bñdict⁹ dñs de⁹ iſrl'a ſcl'o ⁊vſqꝫ ĩ
ſecl'm: ⁊ dicet oĩs ppl'us fiat fiat.
Añ. Viſita nos domie in ſaluta-
ri tuo. añ. De neceſſitatib⁹. ps. cvi.
Confitemini dñio qm̃ bonus.
qm̃ in ſecl'm miſericoꝛdia ei⁹.

Dicant qui redēpti ſunt a dn̄o.
quos redemit de manu inimici :
de regionib᷒ cōgregauit eos. A
ſolis oꝛtu ⁊ occaſu : ab aquilone
et mari. Errauerūt in ſolitudīe
in inaquoſo : viā ciuitatis habi-
taculi nō inueneꝛt. Eſurientes
et ſitientes:anima eoꝝ in ipſis
defecit. Et clamauerūt ad dn̄m
cum tribularent̄:et de neceſſita-
tib᷒ eoꝝ eripuit eos. Et deduxit
eos in viam rectā:vt irent in ci-
uitatem habitationis. Confite-
antur dn̄o miſericoꝛdie eius :
et mirabilia eius filijs hominū.
Quia ſatiauit animā inanem :
et animam eſurientē ſatiauit bo
nis. Sedentes in tenebris ⁊ vm
bra moꝛtis: vinctos in mendici-

tate et ferro. Quia exacerbaue-
runt eloquia dei:et conſilium al
tiſſimi irritauerũt. Et hũiliatũ
eſt in laboribꝰ cor eorum:⁊ infir-
mati ſũt nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerũt ad dominũ cum
tribularẽt:et de neceſſitatibꝰ eoꝝ
liberauit eos. Et eduxit eos de
tenebris ⁊ vmbra mortis:et vin-
cula eoꝝ dirupit. Confiteãtur
dño miſericordie eius: ⁊ mirabi
lia eius filijs hominũ. Quia cõ
triuit portas ereas:et vectes fer
reos confregit. Suſcepit eos de
via iniquitatis eoꝝ ꝓpter iniuſti
cias enĩ ſuas hũiliati ſũt. Oẽm
eſcam abomĩata eſt aĩa eoꝝ: ⁊ ap
ꝓpinquerunt vſqȝ ad portas mor
tis. Et clamauerũt ad dñm:cum

tribularentur: ⁊ de neceſſitatibꝫ
eorū liberauit eos. Miſit seruuꝫ
ſuū ⁊ ſanauit eos:⁊ eripuit eos d
interitiōibus eoꝝ. Cōfiteanť do
mino miſcdie eiꝰ: ⁊ mirabilia eiꝰ
filijs hominū. Et ſacrificēt ſacri
ficiū laudis: ⁊ annūciēt opa eiꝰ
in exultatōe. Qui deſcendūt ma
re in nauibꝫ: faciētes opatiōꝫ in
aquis mltis. Ipſi viderūt opera
dñi: et mirabilia eiꝰ in pfundo.
Dixit ⁊ ſtetit ſpūs p Diuiſio
celle: ⁊ exaltati ſunt fluctus eiuſ
Aſcendūt vſqꝫ ad celos. ⁊ deſcē
dunt vſqꝫ ad abyſſos: anima eo
rum in malis tabeſcebat. Turba
ti ſunt et moti ſunt ſicut ebrius:
et omnis ſapientia eorū deuora
ta eſt. Et clamauerūt ad dñm cū

tribularent͛:ꝛ de neceſſitatibꝫ eo
rum eduxit eos. Et ſtatuit ꝓcel
lam eius in aurā:ꝛ ſiluerunt flu
ctus eius. Et letati ſunt quia ſi
luerunt.et deduxit eos in portū
volūtatis eorum. Cōfiteāt͛ dn̄o
miſcdie eius:ꝛ mirabilia eius fi
lijs hoīum. Et exaltent eū in ec
cleſia plebis:ꝛ in cathedra ſenio
rum ladent eum. Poſuit flumi-
na in deſertū:ꝛ exitus aquarum
in ſitim. Terrā fructiferā in ſal
ginē a malicia inhītantiū in ea:
Poſuit deſertū in ſtagna aqua-
rū:ꝛ terrā ſine aqua in exitꝰ aq̄
rū. Et collocauit illic eſuriētes:
ꝛ conſtituerunt ciuitatē habita-
tionis. Et ſeminauerūt agros ꝛ
plātauerūt vineas:ꝛ fecerūt fructū

natiuitatis. Et benedixit eis et
multiplicati ſunt nimis: ⁊ iumē
ta eorum nō minorauit Et pau
ci ꝑfacti ſunt: ⁊ vexati ſunt a tribu
latione maloꝝ ⁊ dolore. Effuſa ē
contentio ſup principes: ⁊ errare
fecit eos in inuio et non in via:
Et adiuuit pauperē de inopia:
et poſuit ſicut oues familias:
Videbunt recti ⁊ letabuntur: et
omnis iniq̃tas oppilabit os ſuū
Quis ſapiens et cuſtodiet hec:
et intelliget miſericordias dñi.
Añ. De neceſſitatib⁹ noſtris libe-
ra nos dñe. Añ. Cōfitebor. ps. cviij
Paratum cor meū deus pa-
ratum cor meū: cantabo et
pſallam in gloria mea: Exurge
pſalterium et cithara: exurgam

diluculo. Confitebor tibi in po-
pulis domine: ⁊ pſallam tibi in
nationibus Quia magna ſuper
celos miſericordia tua: ⁊ vſqꝫ ad
nubes veritas tua. Exaltare ſu-
per celos deus, et ſup̄ omnē ter-
ram gloria tua: vt liberentur di-
lecti tui. Saluū fac dextera tua
et exaudi me: deus locutus ē in
ſancto ſuo Exultabo ⁊ diuidam
ſicimā: et conuallem tabernaclo-
rum dimetiar. Meus eſt gala-
ad ⁊ meus eſt manaſſes: ⁊ effra-
im ſuſceptio capitis mei. Iuda
rex meus: moab lebes ſpei mee.
In idumeā extendā calciamen-
tum meū: mihi alienigene ami-
ci facti ſunt. Quis deducet me ī
ciuitatē munitā: q̄s deducet me

vſq₃ in idumeā. Nonne tu deus
qui repuliſti nos: ⁊ nō exibis de
us in virtutibꝫ nr̄is. Da nobis
auxiliū de tribulatōe: qꝛ vana ſa
lus homīs. In deo faciem⁹ virtu
tē: ⁊ ipſe ad nihilū deducet inimi
Deus lau ps. cviij. cos nrōs.
dem meā ne tacueris: qꝛ os
pctōris ⁊ os doloſi ſup me aptū
eſt. Locuti ſunt aduerſum me
lingua doloſa. ⁊ ſermōibꝫ odij cir
cūdederūt me: ⁊ expugnauerūt me
gratis. Pro eo vt me diligerent
detrahebant mihi: ego aūt orabā
Et poſuerūt aduerſum me ma
la pro bonis: ⁊ odium ꝓ dilectio
ne mea. Conſtitue ſup eum pec
catorē: ⁊ dyabolus ſtet a dextris
eius. Cum iudicatur exeat con

demnatus: ⁊ oratio eius fiat in
peccatum. Fiant dies eius pau
ci: ⁊ epiſcopatum eius accipi-
at alter. Fiant filij eius orpha-
ni: ⁊ vxor eius vidua. Nutan
tes tranſferant filij eius ⁊ men-
